

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &  
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &  
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

**Omeis, Magnus Daniel  
Norimbergae, 1699**

**41. Jephtha**

**urn:nbn:de:bsz:31-105410**

laris desuper jaciente, lethaliter feritur: neve feminæ dextera interiisse dici posset, servo armigero jugulum porrigit. Tyrannidem exercuit annos tres, dèdecus gentis & generis, homicida civium, parricida fratrum, eversor libertatis, patriæ incendiarius.

#### 41. JEPHTHA.

Jephtha Jairis civis & tribulis, e matre natus infami, domo paterna propter matris turpitudinem a fratribus ejicitur: desertus & spretus a suis, consuetudine latrociniorum, & robur militare & nomen illustre comparat. Ammonitis contra Giladitas arma sumentibus, civium suorum consensu belli dux creatur: quo honore ad regem Ammoniticum de non infestandis finibus legatos mittit. Ab eo cum nihil æqui impetraret, cives armat, pugnam init,

init, fide vincit, civitates viginti subigit. Voto temerario filiam unicam devovet, luctum ingentem omni populo excitat, seqve prole optatissima orbat. Idem Esraimitas nobilitate sua semper insolentes & importune molestos coercet: qui cum ei bellum non necessarium indicarent, duo & quadraginta ex iis prostravit hominum millia. Rerum potitur annos tantummodo sex, consilio & fortitudine, non minus hostibus, quam sociis metuendus.

#### 42. *SIMSON.*

Simson Manoë filius, prædictitur ab angelo futurus vindex populi, & Deo sacratur adhuc in utero materno. Robore giganteo fuit: sed qui telis armisve vinci, & vinculis constringi nullis potuit, victus voluptate est. Vxorem duxit Philistinam, illu-

illusus a  
interimi  
tes Tha  
colligati  
zenfium  
vestibus  
inermi  
discerpit  
interimi  
cibus el  
ejus bla  
frangit  
privatu  
traditu  
sibus a  
qvo c  
accubu  
ductus  
sisque  
innicel  
plures  
antea  
ruina